

Franconicam, & Rhenanam. 3. Civitates Imperiales diutini potissimum illius Interregni, & Caroli IV. tempore in libertatem sese afferuere.

16. *Quid est Imperii Matricula?*

Est album sive index, ubi non solum Imperii statuum nomina singula descripta sunt; sed insuper designatur, quid, quantumve culvis statui ad communes Imperii expensas sit contribuendum.

P A R S II.

De aliis Europæ Regnis.

Hic agendum primò erit de Regnis Catholicis, & quidem ordine geographico, initium ducendo à Lusitania: dein etiam de cæteris Europæ Regnis, quibus annumeramus Moscoviam & Turciam, utpote quæ potentiâ, & amplitudine pleraque regna facile superant.

CAPUT I.

De Regnis Catholicis.

§. I.

De Lusitania.

Memorabiliores Lusitaniæ periodi sunt 1. Lusitaniæ status sub præcis Romanis. 2. Sub Vandalis & Gothis. 3. Sub Mauris. 4. Sub Regibus Christianis è stemmate Burgundico. 5. Sub Hispanis. 6. Sub Lusitanis Braganziæ Ducibus.

p. *Quis*